
Theses utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.37

Auteur(s) : Louis Formé

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Paris)

Imprimeur : Ballard

Période de création : 4e quart 18e siècle

Date de création : 1775

Description : Une feuille, avec estampe dans la partie supérieure et texte avec cadre ornemental dans la partie inférieure. Le papier est sali et froissé. Une perforation à la croisée des pliures a été réparée par du papier collé au dos. Un mot raturé et surchargé à l'encre brune . Dos renforcé par du ruban adhésif.

Mesures : hauteur : 730 mm ; largeur : 495 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit soutenir Louis Formé pour l'obtention du baccalauréat à Paris, le samedi 11 février 1775. La date imprimée (le 8 février) a été raturée et remplacée par le 11 février. Les articles de droit civil traitent des règles particulières attachées aux dots dans le code justinien. Les articles de droit canon portent sur la notion de présomption, définie comme un préjugé retenu lorsqu'il n'existe pas de preuve ou d'argument permettant de trancher un débat. L'estampe, dédiée à la sainte patronne de la mère du candidat, représente sainte Anne, apprenant à lire à Marie; en fond, une balustrade et un paysage. Le texte est imprimé dans un cadre formé de deux pilastres avec palmettes.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

Mention d'illustration

ill.



COLENDISSIMÆ MATRIS PATRONE.

THESES UTRIVSQUE JURIS.
EX MATERIA SORTITO DUCTA.
CANONICI. CIVILIS.

Ex Cap. 2. Extrâ. De Præsumptionibus.

DEFICIENTIBUS probationibus præsumptiones plerumque eorum loco dirimendis controversiis interveniunt.

PRÆSUMPTIO est conjectura de re dubiâ ex argumentis & indicibus deducta.

ALIA est præsumptio hominis quæ & probabilis, alia præsumptio juris quæ & violenta, alia denique juris & de jure quæ & necessaria dicitur.

PRÆSUMPTIO hominis aliis adminiculis adjecta quandoque probationem adstruit, at ex eâ solâ non sequitur condemnatio.

PRÆSUMPTIO juris probationis vim obtinet, adversus eam tamen admitti solet contraria probatio, at cetero onus probandi rejicit in adversarium.

QUILIBET Clericus præsumitur idoneus, donec contrarium probetur.

EX violentâ præsumptione potest fieri sententia definitiva præterquam in criminalibus in quibus nemo debet ex suspitionibus condemnari.

QUI tacet confiteri creditur in his quæ confensum expressum non requirunt.

PRÆSUMPTIO juris & de jure probationem non admittit in contrarium pro comperto enim habetur quod præsumitur.

Has Theses ex utroque Jure, Deo duce, auspice Despard & præfide Cl.V.D. PHILIPPO, LALOURCEY, I.U.D. Antecessore, & Syndico, tueri conabitur LUDOVICUS FORMÉ, Parisiensis, die Martii, 1775. ab undecimâ ad primam.

Aderunt cum jure suffragii sorte docti Clar. D.D. Boyer, Joüan, Halot, Vasselin, De Lattre, Godefroy.

P A R I S I I S,

IN MAJORI JURIS AUDITORIO.
PRO BACCALAUREATU.

Apud Viduam BALLARD, Compensator Facultatis, Typographum & viâ Mathurincæ.

Ex Lege Unica. Cod. De Privilegio dotis.

ANTE Justinianum mulieres pro dotibus suis repetendis actionis personæ duntaxat privilegium habebant, ut nimirum creditoribus chyrographariis etiam antiquioribus præferrentur.

CUM privilegii verò creditoribus æquo jure cettabant, & secundum temporis ordinem vel eos vincebant, vel ab iisdem vincebantur.

JUSTINIANUS assiduâ mulierum querelis dotes suas deperditas lugentium commotus, primò tacitam ipsis concessit hypothecam in omnibus mariti bonis, ita ut inter eas & hypothecarios creditores temporis ordo servaretur.

SED, ne maritorum fraudibus ad extraneos creditores mulierum dotes, in quibus tota earum substantia plerumque consistit, transferrentur, idem imperator tacitam mulierum hypothecam anterioribus hypothecis prævalere voluit.

IDEM privilegium competit liberis prioris matrimonii dotem matris aut patris repetentibus, ut non solum aliis patris aut avi creditoribus, sed & ipsi novæ dotem repetenti præferantur.

SI tamen species à posteriori uxore in dotem datæ extiterit, cum & ab initio uxoris fuerint, & naturaliter permanerint in ejus dominio, nulla antiquior hypotheca viduæ res suas vindicanti nocere potest.

PRIVILEGIUM illud quo mulieres utuntur in actione de dote, cum speciali de dotis & mulierum favore fuerit introductum, ad extraneos heredes mulierum non transit.

NEQVE etiam ipsi mulieres idem privilegium competit aut pro dotis augmento, aut ratione donationis propter nuptias.

APUD nos hypotheca quæ mulieribus pro dote sua aliisque conventionibus matrimonialibus competit, ultra tempus nuptialis instrumenti non extenditur.

